

tener Castro *ubi supra*, & quod fraus ad damnum proximi tendens sit perniciosa & peccatum mortale, nisi circa minima veretur, tenet Caetan. *in sum. verb. fraud.*

82 Bene verum est, quod si delinquens huiusmodi bona sua post commissum a se delictum alienet titulo gratuito, puta donationis, minus peccat, quam si titulo oneroso alienet, quia sua non sunt, & emptorem grauat, vt per iurimus: Ita tenet expresse Medin. *ubi sup. nihilominus* tamen in primo casu peccat donando, vt affumt Medina & nos quoque resoluimus *supra* contra Anton. Gomez.

83 Inferri etiam ex eisdem, minus recte dixisse Syluest. *ubi supra*, licitam esse in hac specie alienationem, si emptori reuelatum sit, conditionem rei ita esse: Hoc namque eadem ratione iudicio meo procedere non potest; Nam etsi respectu emptoris nullum detur ea in specie damnum siue preiudicium, quia scienti & consentienti non fit fraus neque dolus, vt in *reg. iur. fisco* tamen ex hac alienatione damnum aut fraus fit, tamen si emptori reuelatur conditio rei. Fit praeterea contra ius prohibitorium iudicio minime ego delinquentem huiusmodi sic alienantem immunem indicarem a peccato mortali & restitutione, si haberet vnde alias restituere posset: nisi delictum occultum esset arque ideo in iudicio non deductum, cum ante sententia poena etiam ipso iure incursa non debeat in conscientia, iuxta receptissimam sententiam *supra* per nos adductam.

84 Sunt etiam casus, in quibus etiam, quando pro delicto sunt bona confiscata ipso iure, licito tamen est delinquentibus bona sua alienare. Primus & principalis est ex causa necessaria, nepe pro alimentis & aliis ad necessariam vitae sustentationem, & pro aduocatis & scripturis ad eum pertinentibus, & pro sui defensione: pro his namque recte alienare potest, nec poterit in eam causam alienata a fisco vendicari, *argum. l. alienationis, ff. famil. ercis. l. fero, §. pradium, ff. de legat. 2.* & eorum quae tradit Bartol. *in dict. l. post contractum, numer. 12.* & late D. Volin. de Hispan. primogen. lib. 1. cap. 10. num. 20. ita Syluest. Anton. Gomez & Couarr. *ubi supra*, vbi dicit, equitatem & veritatem esse hanc sententiam, & Petr. Duem. *in d. reg. 2. §. limit. 3.* *Boll. in sua pract. crimin. in tit. de alienan. bon.* & ante eos Salycet. *in d. l. si quis post haec, num. 9. C. de bonis damnat.* Pro quo etiam bonus text. *in l. fin. C. de ordin. cognit.* ex quo text. dixit Bart. *in tract. aliment. numer. 4.* quod quando aliquis non habet, vnde se aliat, nisi venderet rem, quae est sequestrata, potest eam vendere pro alimentis & aliis sumptibus arbitrio iudicis, quem sequitur D. Anton. de Padilla *in authentic. res qua, numer. 63. C. communia de legat.*

86 Sic etiam res, quae subiacent restitutioni, & quae prohibentur alienari, possunt pro sumptibus alimentorum alienari; hac est communis opinio secundum Bart. *in dict. authentic. res qua, numer. 9. C. communia de legat.* Anton. de Padilla *num. 78. cum sequentibus.* contra glossam *ibi* hanc sententiam probat, ac magis communem esse profertur plures auctores allegans eam sequentes, & Doctor Molina de Hispanor. primog. lib. 4. cap. 6. num. 8. & 22. ad dentes, vt pro alenda noiu grauari etiam valeat fideicommissum eueri: vnde et bona maioratus possunt alienari, vt possessor alatur & ad carera, de quibus *in dict. authentic. res qua*, cuius decisio in bonis etiam maioratus procedit, cum hac veluti fideicommissio subiecta censentur, ac et proinde nedum in casu dotis seu donationis propter nuptias, sed in alimentis maioratus possessori ac ius liberis praestandis seu in illo hostibus redimendo & in dote pro filiamonial praestanda, & in omnibus casibus ad quos scribentes *dict. authentic.* extendunt, procedit, nisi contractum a maioratus institutore specifi-

ce dispositum sit, vt resoluunt latissime Palaz. Rob. *in repetit. rubr. de donat. inter viuum & uxorem, §. 16. num. 1. & num. 1. cum sequentibus.* & Redric. Suarez *in l. quomodo in prioribus, in 2. limit. ad leg. Reg. numero 11.* Ant. Gomez *in l. 40. Taur. numer. 86.* Gregor.opez *in l. 24. gloss. fin. in 9. part. 6.* D. Couarr. lib. 3. *variar. resal. cap. 6. num. 10. & lib. 2. cap. 16. num. 9.* & Anton. de Padilla, dicens communem *in dict. authentic. res qua, num. 53 & 79.* & hac crebrior scribentium sententia, secundum D. Molin. lib. 4. de Hispan. primog. cap. 16. num. 17. qui praedict. refert. Sed nihilominus receptissima consuetudo totius Hispaniae est, quod text. *in dict. authentic. res qua*, non habeat locum in rebus maioratus, secundum Adiam Pinel. *in l. 1. in 3. part. num. 102. C. de bon. matern.* id quod recte considerata naturae & conseruatione ac perpetuitate maioratum Hispanorum, seclusa facultate Regia, expresse probauit D. Molin. *ubi supra, dict. cap. 6. num. 19. cum sequentibus.* nisi ad praedicta efficienda maioratus institutor aditus esset tempore mortis, secus alias, etiam si verisimile esset, quod si viueret, ea soluisset, eaeque ratione Regias facultates ad id efficiendum raro & non nisi ex magna causa concedendas esse, cum maioratum institutorum voluntaria aduersentur, quos verisimile est potius ipsorum maioratum conseruationem, quam possessionum necessitatibus consulere voluisse: quod si ex aliqua causa concedenda sunt, illud praesertim curandum est secundum ipsum, ne ex illis ad bonorum maioratus alienationem penitentia valeat: quam sententiam libentius probo, vt pote veriore & voluntaria defunctorum proximorem, quam communem contrariam, cum sciam etiam Bald. *in cap. 1. §. donare, num. 2. versic. opposo, d. authentic. res qua, qui feud. dare poss.* tenuisse dictam authenticam non habere locum in expressa prohibitione, sed solum in tacita, in qua tantum loquitur, cuius opinionem sequuntur alij, quos refert Anton. de Padilla *ubi supra* num. 53. Contra hunc primum casum, de quo agimus, tenet Ande Alciat. *in dict. l. post contractum* num. 19. arbitratus in eo alienationem non valere, quia non potuit reus dominium transferre, quod non habebat, *l. Julianus, §. 1. versic. patris tamen, ff. ad Maecid.* sed reus hoc casu amittit dominium bonorum suorum, vt est praedictum: Igitur non tenent alienatio.

Sed nihilominus potest communis sententia praecedens ab hac difficultate defendi, si consideremus, quod idem ius, a quo sublatum est dominium bonorum atque administratio eorumdem reo sic delinquenti, & in fisco translatum, hunc casum specialem expresse verisimile sit, vel ipsa ratione naturali ac summa equitate id postulante, propterea potest & excepti in similibus speciebus supradictis: Quare reuelat Dd. communem sententiam ad nos tam hanc speciem idem trahere: & sic valida erit hoc casu alienatio: sed ne quid nimis alienetur, quam oportet & necessarium sit, vt fraudulenter alienetur, consulo, cum licentia iudicis hac alienatio fiat pro securitate & ampliori cautela emptorum: iudex autem tenetur eam concedere, cum alimenta & defensio sint de iure naturali, quod praeualeat positio, vt in §. *sed naturalia quidem iura, cum similibus* Instit. de iur. natur. gent. & ciuili.

Secundus casus est, in quo valida est alienatio a delinquentem facta, etiam vbi poena siue confiscatio ipso iure incutitur, quando delinquens esset alia solvendo pro damno dato, secundum Syluest. *ubi supra*.

Tertius casus est, quando delictum esset ita occultum, vt nullo modo probari posset, quia siue delinquens alienare posset, & titulo oneroso & lucratio, secundum Syluest. *ubi supra*, & Anton. Gomez *dict. c. 14. num. 3.*

Quibus etiam adde, quod fisco non tenetur ad solvenda debita ab ipso debitor contracta post commissum delictum

delictum, sed ea tantum, quae tempore criminis perpetrati ipse delinquens contaxerat, *l. 1. §. an bona, & ibi* Bart. *de iure fisco, late* Guilielm. Benedic. *in cap. Raynatus, verbo, & uxorem, num. 8. de testam. quem refert & sequitur* D. Couar. *ubi supra, num. 9.* sed & reliqua circa praesentem materiam videnda sunt per Dd. in suis legibus superiora tamen praecipua & in praxi saepe contingentia sunt, ideo ipsa deduximus. Ex superioribus iam deducitur promoueri ad beneficium incompatible non posse resignare primum, quia vacauit ipso iure: ita Hoxeda *in tract. de incompatib. benefic. part. 1. cap. 13. num. 2.* & hac est communis opinio nunc recepta *in pract.* vt non possit resignare in fauorem, secundum Flam. Paril. lib. 3. *de resign. benefic. quest. 5. num. 50.* qui eam late probat *num. seqq. & num. 58.* quod taliter priuari, teneatur in foro conscientiae dimittere beneficia, etsi de facto detinent, tenentur ad restitutionem fructuum perceptorum in foro poli, vt est communis opinio in vtroque secundum ipsum *ibi*.

92 Postremo, et illud non praeterendum duxi, quod licet clericus homicida, non sit priuatus ipso iure beneficio, quod habebat; collatio tamen beneficij de nouo ei facta, quod tempore collationis est irregularis ac sacerdotiorum incapax, ipso iure est nulla, per text. opt. *in c. aduim, et d. de iudi. & inc. cum in cunctis, §. vit. de elec.* nullumque ius tribuit in beneficio, imo tenetur hic beneficii dimittere & fructus a se perceptos in animae iudicio restituere, quippe qui nullo titulo & iure beneficii acquiritur, secundum Dyn. *in reg. 1. de reg. iur. in 6.* Innocent. *in d. cap. cum nostris, de concess. praeb. Milis in re. petitor. verbo, irregularis, vt homicida, sequitur* Felin. *in cap. 2. num. 4. circa fin. in versic. considera in tanta varietate, & c. de rescriptis.* Nauar. *in Manual. Latin. cap. 27. num. 249. versic. sexto, Lambert. Paul. Paril. & Rebuff. eosque referens & sequens* D. Couar. *in reg. peccati, 2. part. relect. §. 8. num. 6. versic. ad idem, de reg. iur. in 6. & in cap. alma mater, 1. part. relect. §. 7. num. 1. de sent. excom. in 6. est communis, vt plures allegans testatur nonissime Flam. Paril. *de resign. benefic. lib. 4. quest. 3. num. 32. cum seqq.* Cum enim beneficia Ecclesiastica praecipue dantur propter officium, cap. cum secundum, de prob. vltim. de rescriptis in 6. cap. concessio, 2. quest. 2. cap. generaliter, 16. quest. 1. notat gloss. *in c. vit. de officio vicar. irregularia* autem suspensio est ab officij executione, cuius causi beneficium datur: Ergo merito, quod collatio beneficij ei facta, sit nulla: Qua ratione idem dicendum est in collatione beneficij facta excommunicato, vt etiam sit nulla ipso iure: text. singularis *in cap. Apostolicis, de cler. excom. nisi. per quem text. hac est communis opinio, vt testatur* Ioan. Stephil. *de literis gratia & inst. fol. 2. col. 2. qua communem latissime probat late ad patres agens* Scia de benefic. 3. part. quest. 4. per tot. col. 15. tractat & pluit. exomart D. Couar. *in d. cap. alma mater, 1. part. §. 7. per tot.**

94 Sed et si a Papa fiat collatio beneficij, praecedente abolutione illius a quibusvis excommunicationibus & suspensionibus, & c. vt communiter de stylo curiae fit, per illam clausulam; Teque absoluentis, & c. valebit collatio praedicta facta illi, qui erat excommunicatus maiori vel suspensus, quoniam per dictam clausulam absoluitur a Papa ad effectum duntaxat praesentium consequendum, non quoad aliam Pet. Rebuff. *in praxi benefic. in forma & declarat. nona pronis super clausula, Teq. absoluentis, & c. n. 2. cum seqq.* Collatio tamen irregulari facta, etiam si fuerit apposta praedicta clausula; Absoluentis re a censuris & a quibusvis excommunicationibus, non valet, vt respondit Nauar. *consil. 66. num. 1. de sent. excom. quia* Papa non videtur absolueri ab irregularitate, nisi id exprimat: idem Nauar. *in Manual. cap. 72. num. 254. relect. & sequitur* vtrumque Flam. Paril. *ubi supra, num. 40. & 41. & num. 59. cum seqq.* idem quod

dictum est in excommunicato, probat cum communi in suspensio. Sic etiam clericus periturus beneficio Ecclesiastico priuatus est per sententiam, non tamen est ipso iure priuatus, text. optimus *in cap. querelam, de iur. iuran. vbi gloss. & Dd. est magis communis sententia* secundum Flam. Paril. *de resign. benefic. lib. 4. quest. 3. num. 12.*

Quia et non tenentur regere Ecclesias, qui sunt criminose perituri iureiurandi, vt ibidem probatur gloss. etiam *in cap. illud, de excess. Prelatorum, & in cap. quicumque, 6. quest. 1. Abb. & alij in cap. de rescriptis vbi Felin. mon. 2. cum sequentibus. Dec. 2. & 3. Ripa mon. 13.* fatentur hanc esse communem opinionem, & Ioan. Selua *in tract. de iur. iurand. quest. vltim. & in tract. de benefic. 3. part. quest. 2. num. 20. cum sequentibus. vol. 15. tract. diuersorum.* Doctor Bernard. Diaz de Lug. *in pract. crimin. canonic. cap. 86.* & alios allegans D. Couar. *in cap. Quibus passum, 1. part. §. 7. num. 3. de pass. in 6. aduersus Rebuff. tenentem* periturum priuatum esse ipso iure beneficiis Ecclesiasticis, quae tempore perituri obtinebat: sed vera & communis sententia est in contrarium, quam praediximus, nempe periturum non esse ipso iure priuatum beneficio, sed priuandum per sententiam, & et nihilominus collatio beneficii perituro facta est nulla ipso iure, vt probant Abb. & Dd. *in dict. cap. querelam, Aufret. in decis. capella Tolof. quest. 17. Decisio in cap. Dilecti, numero 2. de except. refert* alios Felin. *in d. cap. 2. de rescriptis, num. 4.* quamuis ipse contrarium velit, & Nicol. Millis *verbo periturus*, per text. optimum *in cap. accedens, de accusat. est communis sententia* secundum Flam. Paril. *ubi supra, num. 10. & 11.* Hoc etiam verum est & procedit, quoties quis esset per sententiam declaratus periturus, & postea heret ei collatio, & non alias, quia ante sententiam facta collatio, esset valida, secundum Federic. de Senis *consil. 50. Cardin. & Felin. in d. cap. querelam, Rebuff. in tract. de pacif. poss. num. 221. sequitur* alios referens, Couar. *ubi supra, existimans*, collationem beneficij perituro factam, nullam esse ipso iure, quando et infamia hac ex perituro notoria sit, non alias, propterea contingit esse per sententiam, quia manifestum est sententia acquiescentem, vt in leg. emptorem, in princ. de act. emptor. Item et secundo, cum collatio beneficij perituro facta fuerit auctoritate literarum Apostolicarum ad beneficia, secundum Calder. *consil. 20. tit. de praebend. & consil. 4. de accusat. Felin. in d. cap. 2. col. 3. num. 5. de rescriptis. & in cap. inquisitioni, col. 2. n. 8. de accusat. & Rebuff. vbi supra. n. 222.* siue infamia sit iuris, siue facti, secundum Couar. *ubi supra, n. 3. in fin.*

S V M M A R I V M.

- 1 Voluntarium bifariam dicitur, uno modo directe, quia inuentum, alio modo per accidens.
- 2 Casus est causa agens praeter intentionem, siueque casualia simpliciter, secundum illam rationem nihil habent culpa.
- 3 Ille, qui non remouet eam, ex quibus sequitur homicidium, si debeat remouere, erit quodammodo homicida voluntarius.
- 4 Deformatio est triplex, mere voluntaria, quere casualis & mixta, & quae sit iniqua quoque carum.
- 5 Dans operam rei illicita, si ex huiusmodi actione fuerit homicidium casuale subsequutum, ex culpa sufficienter directa ad illud irregularis sit, siue adhibuerit diligenciam, quam potuit, ne sequeretur, siue non: quia distinctio quoad peccatum non procedit, sed tantum quoad irregularitatem, ut in num. 6. & allegantur iura, quibus probetur, in num. 20.
- 7 Irregularis est ille, qui dabit operam rei illicitae, nempe, rixando cum alio, & consanguineum illius interfecit eum, cum quo rixabatur nullo praecedente consilio rixantis, imo contra eius prohibicionem.

- 8 Limitatur si clericus non fuerit in culpa rixando, quia tunc factum aliorum non est ei imputandum.
- 9 Homicidium subsequutum in casu, num. 7. quoad poenam exteriorum ordinariam non imputatur rixanti, sed tantum quoad arbitriam, nec quoad aliquam, si ille non dedit causam rixae nec fuit in culpa, vt in num. seqq.
- 11 In civilibus, ad hoc, vt ex culpa precedenti obligetur ad casum, requiritur, quod culpa illa ad casum ordinata fuerit.
- Impeditur non excusatur, nisi probet, se talem adhibuisse diligentiam, quod nisi fuisset impeditus, impleuisset, num. 11.
- 12 Culpa ordinata ad casum tunc dicitur, quando illa culpa fuit causa proxima ipsius, secus si remota.
- 13 In criminalibus, ex sola datione opera rei illicita consideratur id, quod in consequentiam venit, & sic casu.
- 14 Homicidium ex puro &mero casu accidens, cessante animo occidendi & nulla culpa interueniente, nullam poenam meretur, & num. 15. casus in praxi contingens in proposito refertur.
- 16 Irregularis quis non fit propter solum homicidium, nisi culpa vel voluntas precedat.
- 17 Qui omnino excusatur a peccato homicidij, excusabitur etiam a poena irregularitatis.
- 18 Ad irregularitatem incurrendam per homicidium vel deformationem ex opere illicito casu subsequutum, requiritur quod causa illiciti operis sit propinqua.
- 19 Causa propinqua est illa, qua damnum dat, non accedente alia extrinseca causa.
- 21 Captiua non, de homicid. intellectu.
- 22 Clericus in minoribus ordinibus constitutus, beneficium Ecclesiasticum habens, irregularis est, si ex chirurgia officio, cui operam dat, aliquis moriatur etiam absque eius culpa: hoc tamen est intelligendum, quoties agitur moritur ex causa alicuius adustioris vel incisionis a chirurgo illata, alia secus: vt in num. 23. secus etiam in laico aut clerico in minoribus beneficium Ecclesiasticum obtinente, vt in num. 24.
- 23 Monachus aut clericus exercens medici artem, si periturus est & absque eius culpa, casu infirmus moriatur, non erit irregularis.
- 26 Medici & Physici si nihil ex contingentiis omittant, sicque conscientiam non habeant laesam alicuius culpa, quia eam artem absque culpa susceptione exercent, bene possunt iure ad ordines sacros promoueri: quatuor tamen aut quinque debent ad hoc concurrere, de quibus in num. 27. sed quis est hic? & laudabimus eum, vt in num. 28.
- 28 Medicus non tenetur semper & continuo adesse aegroti, nisi ipse propter maximum egritudinis periculum custodiam indigeret, tunc enim tenetur medicus vel praesens esse vel admonere, vt diligenter custodiat.
- 29 Chirurgus laicus perissimus, prohibitus tamen a iudice ad tempus vni suo officio aliqua ex causa, que non respiciat imperitiam artis, sed poenam aliunde inflatam, si non obstant prohibitione huiusmodi, eodem officio utatur, atque ob aliquam incisionem perfectissimam factam, culpa aegroti mors sequuta sit, non erit ob hoc irregularis.
- 30 Custos infirmi, vel alius faciens aliquid, quo ipse citius moriatur vel ne amplius crucietur mortis tormentis, si propter id citius moriatur, irregularis erit, tam ipse quam consules, iubens aut rogans, etiam medicus, secus si id fiat bona fide, vt hic.
- 31 Custodes infirmi cum in lectulo mouentes, vt vel aptius ei cibum ministrarent vel percuterent iacet & inde moriatur, an & quando fiant irregulares.

- 32 Confessarius, qui dum reum ad patibulum comitaretur, & casu inuentum, quod ille vehebatur, pepulis, non est irregularis.
- 33 Custos infirmi non bene illum custodians, quare ipse infirmus ex phrenesi si prociat & mortuus est, an & quando fit irregularis.
- 34 Homicida reputatur, qui vulneratum ad mortem nona iutu, vel alio modo ad mortem accelerat.
- 35 Extrahens sagittam, aut aliud telum corpori alicuius infixum, cum non sit medicus vel chirurgus, vt citius moriatur, vel si ex hoc ipse vulneratus, moriatur celerius, quam alias moreretur, irregularis est; alia non idem in iubente & rogante & consulente.
- 36 Cap. sicut ex literarum, de homicid. intellectu.
- 37 Ad irregularitatem incurrendam in casu d. cap. sicut, est necessarium, quod factus sit animatus: hodie idem si non sit animatus.
- 38 Factus si masculus sit, dicitur animatus die quadagesimo a conceptione: femininus vero die octuagesimo ab ipso conceptu.
- 39 Adulter, cuius ob causam maritus suam uxorem occidit, an sit irregularis, & num. 42.
- 40 Marito a lege datur facultas impune occidendi uxorem & adulterum in crimine adulterij deprehensos.
- 41 Homicidium casuale tunc demum ad irregularitatem imputandum est danti operam rei illicitae, quando actus ille ordinatus est sua propria natura ad mortem laesam, vel ad homicidium, aut quoties homicidium illud procedit ab illo actu illicito per se quidem & necessario, non per accidens, aut saltem ubi illicitum illud opus per se volitum genere suo est periculosum, aut saltem saepe inde mors sequitur aut frequenter.
- 43 Clericus adulter, occidens inuicem cum moderamine inculpata tutele, an sit irregularis.
- 44 Aggrediens aliquid illicitae, quod est causa vt alium occideret, propter sui defensionem necessariam, non solum peccat id agendo, sed etiam est homicida, quando opus illud illicitum erat, quodam vna ad homicidium perpetrandum.
- 45 Euentus ex aliquo sequenti opere minime quod ab operante praecipit, sed praeter eius intentionem contingens, imputatur operanti, si illi euentus per se & necessario sequuntur ex priori opere, aut saltem vt in pluribus ex illo eueniunt & euenire solent.
- 46 Plures ubi reperuntur in pugna, in qua aliqui sunt interfecti & mutilati, & nescitur a quibus, an omnes, vel qui censentur irregulares, cum numero sequenti.
- 48 Qui in rixa vel praelio interfuit ad dissuadendam rixam vel praelium, licet inde nonnulli animi suorum parti, & nonnulli timoris aduersae redderetur non sunt irregulares, nisi verbis pacem, animo vero & aliorum suadeant, & vt in num. 49.
- 50 Clericus pro frans opem oppressi vel obsessi iniuste & adinuans eos, qui repellunt iniuriam, proiciendo lapides & huiusmodi, non est irregularis, dummodo ipse neminem occiderit.
- 51 Si vnus ex pluribus percussus mortem obiit, & non constat ex quo vulneri mortuus fuerit, an omnes sint irregulares? remissus.
- 52 Clericus absque irregularitatis nota & poena potest interesse bello iusto, & hortari militem ad pugnam, & num. 53. quomodo hoc intelligatur.
- 53 Clericus an possit bellum gerentibus arma portare.
- 54 Clericus in sacris constitutus non erit irregularis, si pugnaverit in bello iusto & neminem occiderit, aut mutilauerit, etiamsi in eo confictu fuerint plures occisi aut membris mutilati. Idem est si ipse percutiat vel vulneret, si clarum est, quod ex tali percussione non sequuta

- sequuta mors vel mutilatio: licet alij in pugna illa per alios sint mortui, vt in num. 55. & 56. quid si clericus adhortetur ad victoriam generaliter, & percutiat multos propriis manibus, & efficiat, vt commilitones eius ope & hortatu multos occidant, an sit irregularis.
- 57 Clericus in minoribus constitutus potest absque peccato in bello iusto propria pugna manu, sicut laicus, neque ex hoc esse irregularis, dummodo aliquem non occideret, neque membro mutilaret.
- 58 Clericus in necessitatis articulo non peccat arma sumendo in bello: ubi dupliciter distinguitur articulus necessitatis, & num. 59. an tunc sit irregularis, si aliquem occidat, vel mutilet.
- 60 Irregularis non est, qui mortem aliter vitare non valens, suum occidit vel mutilat inuasorem: & postea statim post huiusmodi occisionem ministrare: nisi alium interficeret pro defensione proximi, vel pro rebus saluandis, vel ubi necessitas non fuisset inuitabilis, vt late in n. 61.
- 62 Irregularis an sit, qui licentia & permissione Summi Pontificis in bello iusto pugnaverit propria manu, & aliquem, vel aliquos occiderit, cum n. seqq.
- 63 Papa an possit clericum concedere licentiam, vt in bello propria pugna manu, & alios occidat.
- 64 Quicumque pugnaverit in bello iniusto & in eo auxiliium & opem dederit, si inde sequuta sit mors, aut membri mutilatio, erit proculdubio irregularis.
- 67 Irregularis sum existens in bello iniusto ex parte defensionem, si occidat vel mutilent, nisi in casu, quo aliter euadere non possunt, alij vero, qui non occidunt, neque mutilant, non sunt irregulares, licet ibi multi occidantur, etiamsi percutiant aliquos, non tamen lethaliter, qui deinde occidunt ab aliis: & quid si animo deformandi percutiant, & ex percussione sequatur deformatio culpa percussus, vel medici, num. 71. quod tamen limitatur num. 75. nisi in morte culpam contraxerit.
- 68 Tex. in c. significasti, el. 2. de homic. intellectu.
- 69 Excommunicatus est, qui cum posset, noluit obuiare manifestis facinoris percussions in clericum commissio.
- 70 Irregularis non est, qui iniuste aliquem percussit, & non occidit, licet alia sine ipsius culpa occidatur.
- 71 Imperitia medici an incuria parentum in medendo vulneri filij, an excuset percutientem illicitae.
- 73 C. Exhibita, de homicid. intellectu.
- 74 Irregularis nemo constituitur ex animo occidendi, etiam deliberato, & cum insidijs, si non occidit, neque deformauit.
- 76 Clericus ministrans ballistam, ense, lanceam, vel alia arma in confictu pugnantibus, an & quando sit irregularis, cum n. seqq.
- 80 Irregularis & homicida reputantur detrudentes homines in carcerem in arctum, quod in carcerati non vident ultra sex vel octo menses, propter arctationem carceris, & n. 81. hoc esse contra prelatos detrudentes clericos in gabiam, ubi verisimile est eos intra paucos dies morituros.
- 82 Irregularis est, qui domus sua alit aut custodit feram aliquam bestiam, vt leonem, elephantem, aut ursam, vel canem, si sua culpa aliquem deformat, puta solvendo, vel habendo soluta praed. animalia, secus alia, nisi in via vel alio loco publico habeat ea, etiam ligata, vt in n. 83.
- 84 Clericus venans, aut ballistam exercens, si aliquem casu occiderit, an & quando sit irregularis, & num. 85. & 87. & 88. & 89.
- 86 Clericus etiam licite venans, si tamen id faciat tempore, quo diuinis interesse tenetur, peccat.
- 90 An & quando quis teneatur ad damni restitutionem

- in foro exteriori & conscientia ex culpa lata & leui & leuissima.
- 91 Clericus percuciens non lethaliter asportantem rem Ecclesiae, ex qua percussione ille fugere non potuit, & ob id occisus fuit, est irregularis.
- 92 An idem sit dicendum in eo, qui latronem res suas asportantem percussit, &c.
- 93 Irregularis an sit, qui misit lapidem in alium, & is a lapide fugiens, ac demum prociens in alterum lapidem, caput offendens, culpa medici vel confanguineorum eum curantium mortem obiit.
- 94 Clericus introducens meretricem per testum in domum suam, si decidens ipsa moriatur, vel abortiat, an sit irregularis?
- 95 Clericus mistens puerum ad equitandum equum, vel ad flumen, monens vt ab eo caueret, & tamen submersus est, an sit irregularis, & n. 96.
- 97 Irregularis est, qui ad seditionem & arma pulsauerit campanam, si inde fuerit ex praelio inito aut pugna sequuta mors.
- 98 Idem est, in eo, qui campanam pulsauerit in signum, quod aliquis est furca suspendendus, aut a ministris iustitiae iugulandus: sed contrarium est verum.
- 99 Irregularis non est, qui ligna aut stramenta dedit ad comburendum haereticum iam mortuum, & secus alia.
- 100 Irregularis an & quando sit pulsans campanam illicitae, si inde sequatur mors alicuius, & n. 101. & 102.
- 103 Clericus datus operam rei bellicae, licet imprudens & nesciens, alium praeter suam intentionem occidat, est irregularis. Item & is, qui torquemata atque alia pugnae simulacra, que clerici ob periculum homicidij ex suo genere interdita sunt, exercet.
- 104 C. Quante, de sentent. excomm. intellectu.
- 105 Defendere iure Pontificis qui tenetur alterum ab iniuria, si commode possit, atque erit reus commissi criminis: & quando dicatur id commode facere possit, n. 106. non tamen tenetur id gratis agere, & ideo potest iuste pro eo pretium accipere, vt in n. 107.
- 108 Defendere emittens proximos, cum posset, est grauiter peccat, non tamen tenebitur ad damni illius restitutionem.
- 109 Vicinus sciens latrones intrare in domum vicini, & cum posset obuiare, non fecit, peccat, non tamen tenetur ad restitutionem.
- 110 Is, qui ex officio tenetur delictis obuiare, vt est Princeps vel praetor, si cum posset, non fecit, peccat, & tenetur ad restitutionem, & n. 113. secus vero in privatis, licet peccent, vt in n. 114.
- 111 Famulus, qui custos est domus, vel ex qua latro exit ad furandum, vel quem adit ad furandum, similiter tenetur.
- 112 Habens potestatem publicam, aut primatam iure familiae in percussorem clerici, si cum posset impedire, non fecit, remanet excommunicatus: idem erit in eo, qui dolose definit obuiare percutienti clericum, cum posset, vt in n. 113.
- 115 Medicus omittens curare infirmum, & diues alere pauperem, qui tamen ex hoc moriatur, non ex hoc sunt irregulares.
- 116 Primatus omittens dolose defensionem proximi, cum defensionis mortis eius, cum posset esse liberatus, est irregularis.
- 117 Irregularis est, qui aduertit aliquem a liberando alium ab iniusta deformatio.
- 118 Irregularis nemo est ex sola complacentia, quod deformatur alius.

Homicida mentalis tantum, nisi actu homo interficiatur, non fit irregularis, dist. n. 118.
Mandans aut consulens amico, vt alium interficiat, si